

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 3. De scientia Dei circa futura libera absoluta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

entia, neque esse, propriè loquendo, in aliquo subiecto. Implicat enim non ens, esse; id est, non existens existere. Negatio autem & priuatio sunt non ens; neque bene concipiuntur, si concipiuntur ut aliquid existens in subiecto, vel extra: sed ut concipiatur priuatio sicut oportet, debet concipi formam non esse in subiecto apto: Ex. grat. aërem non habere lucem: oculum non habere facultatem visuam. Negatio autem bene concipiatur, quando concipiatur non esse id quod verè negatur esse. Quod utrumque sit concepitu comparatio & iudicatio. Atque ita Deus negationes & priuationes intelligit: vel etiam per actum dissensus, ut paulò ante diximus.

14. Sequitur item à fortiori Deum perfectissimè cognoscere quicquid extra ipsum est, etiam in singulari, ut docet S. Thom. quæst. 14. artic. 11. & pater, quia cognoscit quicquid ipse causat quomodounque, quippe qui causat liberè. Acqui erat omnia existentia, etiam in singulari, & secundum proprias differentias: Ergo &c. Confirmatur, quia quicquid est extra Deum, vel est à Deo solo: vel si à creatura; non est sine concurso Dei liberè operantis quicquid agit ad extra, iuxta illud Ephes. 1. *Operatur omnia secundum consilium voluntatis sue.* Adde illud Iob 1:28. *Ipsæ fines mundi inueniuntur, & omnia quo sub celo sunt respicit.* Et Hebreorum 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* Quod autem ait D. Hieronymus in cap. 1. *Habacuc, ad illa verba, Mundi sunt aculi tui,* ita interpretandum est, ut velit Deum non eodem modo cogitare & curare de culicibus, muscis, & cancris; ac de hominibus: iuxta ea quæ subdit. *Non simus tam farni adulatores,* &c. eandem rationabilium & irrationabilium curam esse Deo dicentes.

15. Sequitur etiam ex supradictis Deum cognoscere præterita & futura. Nam cùm eius scientia non minatur neque crescat, sed ab eterno tota sit: nouit ab eterno & in eternum, quicquid existit pro aliqua temporis differentia, quod comparatum cum scientia ut priori duratione, habet rationem futuri: comparatura vero cum eadem scientia, ut post per se erante, habet rationem præteriti. De futuris autem liberis de quibus est specialis & grauius difficultas, dicam sectione sequenti.

Sequitur vltius Deum cognoscere infinita, ut habet D. Thom. quæst. 14. artic. 12. Nam possibilia, & cetera supra dicta, quæ omnia cognoscit in singulari, & secundum proprias differentias, excedunt omnem finitam multitudinem. Nequilibet scientiæ simplicis intelligentia cognoscit infinita, quatenus fertur ad possibilia, qua ad nullum finitum numerum definita sunt, cùm dato quocunque suito, non impliret dari aliquid vlera: sed etiam scientiæ visionis, ut verè affirmat. Doctor artic. cit. quatenus fertur in cogitationes, & affectiones cordium, quæ in infinitum multiplicata-

buntur in Angelis, & hominibus in æternis permanentibus, quæ omnes simul sumptæ sunt infinitæ actu, id est, excedunt omnem finitam multitudinem. Loquimur autem hic de cognitione infinitorum extra Deum. Nam de cognitione Dei circa seipsum, etiam ut infinitum, antea dictum fuit Deum sibi perfectissimum notum esse.

### SECTIO III.

*De scientia Dei circa futura libera absoluta.*

16. **V**timò quod Deus cognoscat futura libera, sive absoluta, sive conditionata, probatur primò de absolutis, premissa tamen explicacione terminorum ad statum quæstionis melius intelligendum.

Nota igitur primò per futura libera, intelligi ea quæ contingenter & liberè futura sunt, ita nimur ut potuerint non esse futura. Hæc autem contingencia non est nisi respondeat alicuius cause liberæ, id est, potestis ponere vel non ponere talem effectum, prout ipsa voluerit. Quicquid enim est à se, est necessariò ex vi sua perfectionis essentialis, ita ut absolute non possit non esse. Et quicquid est à causa naturaliter ac necessariò operante, est necessariò posita suâ causâ completâ, id est, cum omnibus ad operandum prærequisitis. Superest ergo ut quicquid est contingenter & liberè, sit vi alicuius causæ liberæ, id est, quæ in actu primo completa, habentque omnia ad agendum prærequisita, potest agere, vel non agere, ut libuerit.

Nota secundò, futura libera esse in duplice differentia. Quædam que pendent à se à Dei voluntate, nullà creaturâ liberè concurrent. Alia vero, quæ pendent à libero concurso, vel à libera dispositione creaturarum. Priora omnia sciri à Deo facilè intelligitur. Dei enim decretum de huiusmodi futuris à se solo liberè ponendis infallibiliter est Deo præsens & noscitur ab eterno. Quare saltem in suo decreto habet medium infallibile, quo ea cognoscat. De posterioribus vero difficulter est quomodo possint à Deo præciri infallibiliter, cùm neque in eorum causa, neque in decreto Dei de cōcurrendo si creatura velit, neq; in aliis omnibus antecedentibus determinatione voluntatis creatæ liberè futuram, habeat Deus in quo, velut indicio certo & infallibili, fundare possit suam notitiam, quæ debet esse certa & infallibilis. Nam posit illis omnibus, effectus adhuc contingens est, potestque esse & non esse futurus. Quia causa libera est huiusmodi, & possit omnibus ad agendum prærequisitis, & quibusunque antecedentes, se habentibus ad liberam suam determinationem, maneat libera ad utrumlibet, potestque effectum à se pendente ponere, vel non ponere, ut voluerit: atque ut recte ait D. Thom. quæst. 14. artic. 13. in corp. contingens non potest

Contingentia non est nisi respondeat alicuius cause liberæ.

14.  
Deus cognoscit omnia in singulari

Hieron.

15.

Deus cognoscit ip. finita.

Universitätsbibliothek Paderborn

certò cognosci in causa, quia causa contin-  
gens se habet ad opposita.

18.

Futura sunt  
duplicia:  
absoluta, &  
conditio-  
nata.

Norandum tertio, prater ea quæ sunt ab-  
solutæ futura, id est, quæ erunt absolute &  
te ipsa, alia esse futura conditionatæ tan-  
tum, id est, quæ re ipsa non erunt sed essent  
si poneretur aliqua conditio, quæ tamen non  
ponetur. Ut quod Tyrij & Sidonij pœnitentia-  
m egissent, si Christus apud illos miracula  
fecisset, quæ fecit apud Corozain & Bethsai-  
da, Matth. 11. Quod si Christus Patrem ro-  
gasset, misseret illi plusquam duodecim le-  
giones Angelorum, Matth. 26. Quod si Da-  
vid Ceilæ mansisset, Ceilani eum Saül tra-  
dissent, 1. Reg. 23. & alia similia. Dixi, fu-  
turæ tantum conditionatæ; quia ultra duo mem-  
bra diuisionis iam assignata, eorum scilicet  
quæ sunt re ipsa absolutæ futura, considerata  
et talia: & eorum quæ non nisi hypothetice  
potest tertium membrum assignari de  
vitque participans. Eorum nimirum quæ  
sunt quidem absolute futura re ipsa, sed ra-  
tione prius considerantur ut proposita sub  
conditione pendent. Etenim quicquid ab-  
solutæ futuræ est posita aliqua conditione  
quæ re ipsa ponitur: erat quoque ratione  
prius conditionatæ futuræ, si poneretur  
eadem conditio: id est, veritas propositionis  
conditionatæ de tali re futura, est prior ve-  
ritate propositionis absolute de eadem re:  
quia est prior subsistendi consequentiæ. Va-  
let enim hæc illatio: Hoc erit in tali condi-  
tione quæ ponetur: ergo, hoc futurum erat,  
si poneretur talis conditio. Sed non valet  
ista: Hoc futurum est si talis conditio po-  
neretur: ergo hoc erit in tali conditio de  
quæ ponetur. Nam fieri potest ut non po-  
natur conditio: & quoniam non ponetur,  
non desinet esse verum, quod est hoc futu-  
rum, si conditio ponetur. Quare veritas  
conditionatæ propositionis est independens  
à positione absolute conditionis: & conse-  
quenter à veritate propositionis absolute,  
quæ non est sine tali conditione absolute po-  
nita. Ideoque ratione prius est Deum scire  
de ipsis futuris absolute sub aliqua condi-  
tione ponendâ, quod esset futura si conditio  
illa poneretur: sive conditio sit ponenda re  
ipsa, sive non. Esterque in Deo illa scientia,  
quamvis conditio non ponetur. Quod  
signum manifestum est, scientiam istam  
conditionatam non pendere à notitia absolu-  
ta futurorum corundem, sed esse illâ prior-  
em: quandoquidem inter sis nos valet sub-  
sistendi consequentia. Si enim Deus scit  
quod si conditio hæc ponatur, foret hic  
effectus contingens; non sequitur quod sciat  
conditionem esse ponendam & effectum il-  
lum. Non sequitur: sequitur autem, quod  
si Deus sciat hanc conditionem esse ponen-  
dam, & talem effectum esse futurum: sciat  
quoque quod si hac conditio ponetur, ta-  
lis effectus sequetur. V. g. sciebat fore, vt  
sisteret Niniuitis prædicare, Niniuitæ pœ-  
nitentiam agerent: sciebat, inquam, hoc  
independenter ab eo quod Ios. 3. esset re ipsa

Futura ab-  
solutæ sum-  
mations  
prior futu-  
ra sub con-  
ditio.

Deus ra-  
tione prius  
scit futurū  
condi- o-  
rari, quæ  
abstineat.

prædicatus Niniuitis, quamvis ea conditio  
esset ponenda re ipsa: sicut sciebat fore ut  
Tyrij & Sidonij pœnitentiam agerent, si  
Christus apud eos miracula fecisset: sciebat,  
inquam, independenter ab ea conditione, ut  
re ipsa ponenda: quippe quæ de facto po-  
nenda non fuit. De huiusmodi futuris con-  
ditionatæ dicemus sectione quinta.

De absolutis vero, hoc est, re ipsa futuris,  
& non propositis seu consideratis sub condi-  
tione pendent, dico esse de fide cognosci à  
Deo certissime. Probatur primo, ex Scrip-  
tura Psalm. 138. Imellexisti cogitationes meas  
de longe, semitas meas, & funiculum meum inuesti-  
gasti, & omnes vias meas preuidisti. Daniel 13.

Dens aeternus qui absceditorum es cognitor, qui  
nostræ omnia antequam creverint, om-  
nia sunt agnita. Et cap. 39. Opera omnis car-  
nis coram illo, & non est quicquam absconditum ab  
oculis eius. A seculo, usque in seculum respicie, &  
nihil est miserabile in conceptu eius. Probatur se-  
condo, ex frequentibus prædictioribus quæ  
de illis habentur in Scriptura ex Dei revela-  
tione ut de Abrahamitarum descendunt in AE-  
gyptum, & reuersione post quingentos annos, de Pharaonis induratione, populique  
Iudaici vexatione, & dura scutitate sub illius iugo, de Iudeæ proditione, Petri negatio-  
ne, Christi opprobrio & scelerata occisi-  
one. In eorum reprobatione propter ipsorum  
peccata gentiumque conversione, & alii in-  
numeris euentibus liberis, & à plurimorū li-  
bertate pendentibus, per Prophetas longè  
ante prædictis. Verissimum enim est quod  
ait Tertullian. lib. 2. contra Marcion. cap. 3.

Tertull.

Præscientia Dei tantos habet testes, quantos fecit  
Prophetas. Probatur tertio, ratione manife-  
sta. Nam euidentis est Deum scire quicquid  
est scibile: Est enim illimitatus in omni ge-  
nere perfectionis, adeoque in genere scienti-  
æ. At qui absolute futura, sunt scibilia: quia  
veræ sunt futura: quicquid autem est verum,  
est scibile quantum est de se, id est, modo  
non desit potentia sciendi ex parte cognoscendi:  
qua Deo enti præfectissimo negari  
non potest. Probatur misso. Quicquid est  
in eo telopœia quo est, era veræ futurum  
respectu totius temporis antecedentis ipsius  
existentia. Futurum enim nihil est aliud,  
quam illud ipsum quod aliquando est, quod  
que præsens denominatur, respectu tem-  
poris cui coexistit: & futurum, respectu tem-  
poris precedentis: & præteritum, respectu  
temporis subsequens. Ex gr. peccatum Pe-  
tri negantis Christum, fuit præsens, re-  
spectu temporis quo negavit: futurum, re-  
spectu temporis antecedentis, in quo Christus  
prædictum negatur: & præteritum, pro reliquo tempore subsequente ne-  
gationem. Ergo quam veræ præsens est pec-  
catum, pro eo tempore quo existit: tam

Proprio  
de futuro  
contingenti  
est scibilis  
& determi-  
natæ res.

verē est futurum, comparatum cum tempore praecedente: & præteritum, comparatum cum tempore subsequente. At omnium consensu verē præsens est, id est, verū est esse præsens, pro eo tempore quo existit: Ergo etiam verū est quod sit futurum, pro tempore antecedenti: & præteritum, pro subsequenti.

20. Confirmatur, quia quando aliquid actu est, licet liberè & contingenter, verē est in præsens. Ergo qui antea afferuit hoc ipsum futurum pro tunc, verē dixit. Existentia enim præsens pro tempore significato, non minus est mensura veritatis propositionis de futuro, quam propositionis de præsenti vel de præterito. Ac generaliter ex eo quod res est, vel non est, eo tempore quo significatur esse, vel non esse, propositione est vera, vel falsa: quia est conformis vel disformis obiecto. Confirmatur secundò, quia quando aliquid actu est, licet contingenter & liberè, est determinatè & distinctè id quod est: non autem confusè tantum & disiunctim, est aut non est: neque etiam simul est & non est. Quod utrumque est rēquè impossibile. Ex. gr. Petrus quando actu peccat, distinctè & determinatè peccatum id est, determinat se ad tale peccatum, quod re ipsā committit: & non tantum confusè, peccat vel non peccat: neque etiam peccat simul & non peccat. Ergo pro tempore antecedente verū erat determinatè quod erat peccatorum in illo instanti: & propositione, quae id enunciabat, erat determinatè vera, id est, distinctè vera, & non falsa: non autem confusè solum, vera vel falsa: quippe quae erat distinctè conformis obiecto distinctè futuro, ac non tantum confusè & indeterminatè, conformis vel disformis obiecto, confusè tantum & indeterminatè futuro vel non futuro.

21. Confirmatur tertio, quia duarum propositionum contradictiorum de futuro contingentium, etiam singuli, una est determinatè vera, & altera determinatè falsa. Ergo est à Deo scibilis. Antecedens probatur, primò quia una est determinatè conformis obiecto determinatè futuro: vt iam ostensum est. Secundò, si Veritas incerta & indeterminata penderet inter utramque propositionem, & solum disiunctum esset verum, Petrus peccabit, vel non peccabit: ergo singuli nūni distincti natura, seorsim sumptu, essent falsa. At hoc est euidenter impossibile: Si enim hæc est falsa, Petrus peccabit: ergo altera quae dicitur, Petrus non peccabit, ex verā: quia est conformis obiecto. Tertiò, omnis propositione à Deo revelata, est determinatè vera, & non tantum indeterminatè vera vel falsa: sed Deus revelatnam è duabus contradictionibus de futuro contingentis singulari, Petrus peccabit; ergo illa est determinatè vera. Quartò, implicatur tri mediū inter duo contradictiones omnia præcisā: quia implicatur mediū inter ens & nō ens, seu inter esse & non esse. Estque illud principium euidentiū in naturā, Quodlibet est, aut non

est; & de quolibet verū est affirmare aut negare. Ergo impossibile est vñā ē duabus contradictionibus, quae affirmat aut negat rē esse, non esse veram, neque falsam. Idque siue affirmet aut neget pro tempore præsenti, siue pro futuro, aut pro præterito. Neque enim minus contradictionis effet fore & non fore eodem tempore, aut præteritum esse & non esse præteritum: quām esse præsens & non esse præsens eodem tempore. Cūque res significata non sit simul futura & non futura, neque tantum indeterminate futura vel non futura: sed sic vel distinctè futura, vel distinctè non futura: Si nō est futura, propositione quae negat esse futuram, est vera distinctè & determinatè; ac non tantum confusè & indeterminate vera vel falsa. Si autem est futura: propositione quae affirmat esse futuram, est vera, & altera quae negat esse futuram, est falsa.

Obijcies primò: si propositione de futuro contingentis est determinatè vera vel falsa: ergo non est indifferens: ergo nec contingens. Ergo tollitur contingētia, & omnia necessarij eueniunt. Respondeo, si est determinatè vera, non esse indifferenter ad verū vel falso: esse nihilominus contingentem, quia est de obiecto contingentis, & contingenter licet determinatè futuro. Nam hæc duo non repugnant, quod effectus sit contingens, & tamē determinatè futurus. Dicitur enim contingens, propter indifferenter causæ, in actu primo. Dicitur autem determinatè futurus, propter futuram determinationem eiusdem causæ in actu secundo: si scilicet causa quae potest operari & non operari, re ipsa operatura est, neque liberè ad illud determinatura tempore per propositionem significato.

Obijcies secundò, præscientiam Dei non posse state cum indifferenter futurorum contingentium. Primò, quia si scientia Dei est certa, & infallibilis, vt verē est: ergo omnia quae Deus præscit futura eueniunt certè & infallibiliter. Ego nihil evenerit liberè & contingenter. Secundò, si Deus præscivit ab aeterno Petrum peccatorum, Petrus peccabit: sedque omnino necessarium est hypothetā necessitate, seu consequentia. Et si Deum id præscrire necessarium est absolute, oportet vt absolute necessarium sit id esse futurum. Atqui absolute necessarium est Deus præscire omne verū. Ergo & omne futurum. Ergo Petrum esse peccatorum necessarium est absolute.

Respondeo, præscientiam diuinam de futuris contingentibus, licet tempore præcedat existentiam illorum, ratione, tamen ordine posteriore esse eorundem futuritione: ita vt prius sit rem esse futuram, quam sciri à Deo esse futuram. Neque enim ideo res futuræ sunt quod à Deo sciuntur: sed ideo sciuntur, quia futuræ sunt, vt Iustinus Martyr, Orig. Augst. & alij Paq̄es loquuntur locis infra citandis in. 30. Quare tota necessitas, infallibilitas, & certitudo, ex parte scientie diuinæ desumpta, est tantum con-

Dei præscientia nō officit libertati futurorum contingentium.

quens; non rollens usum libertatis, sed ipsum potius necessariò presupponens, atque actum ab ipso libere possum pro tempore in propositione significato. Sicut autem posito quod loquar, aut ambulem, non possum non loqui, atque non ambulare, atque id certum, & infallibile, & necessarium est, ut scilicet ambulem, posse quod ambulem, quamvis absolute liberè ambulem: sic &c. Porro si cut res contingentes, seu futura, seu praesentes, seu praeterita, non sunt absoluta necessitate; ita neque sciuntur, absolute necessitate, sed ita ut posuerint nesciri, sicut potuerunt non esse. Ex suppositione autem quod fint, aut tales fint; sciuntur à Deo necessariò, necessitate tamen non absoluta, sed quae supponit rem liberè esse, vel non.

Dices scientiam Dei esse causam rerum ex D. Thoma q̄st 14.a. 8. in corp. ergo præcedit. Et si est certa, & necessaria; effectus erit certò & necessario propter illam. Respondeo non omnem scientiam Dei esse causam rerum, & specialiter scientiam visionis non esse causam rei visæ aut prævisæ; sed illam quā Deus nouit res possibles, secundum esse possibile, & per quam potest illas efficere, & secundum eam velle efficaciter ut sint, atque applicare vim suam effectuum ad illas producendas. Contingentia vero ab solute futura ex libertate creaturarum, ut cognoscantur à Deo quā talia, & ponunt determinationem, erat voluntatis, liberè futurorum: atque video scientia Dei circa huiusmodi contingentia, est ratione posterior determinatione illa futurā.

Instabis, quia quicquid à Deo extra se producitur, ex cognitione sui producitur. Atqui ipsam existentia rei producitur: Ergo ex cognitione existentia producitur. Ergo non tantum cognitionis possibilium est causa rerum, sed & cognitionis existentium. Respondeo existentiam quidem produci, sed ex cognitione sui ut possibilis & effectibilis, non autem ex actualis seu actu posita. Similiterque omnis res quae extra Deum est, producitur ex cognitione sui ut effectibilis, & possibilis; non autem ex cognitione sui ut actu existentis.

Notandum autem, quod aliqui futurum sit, non esse causam propriè, neque rationem perfectam cur Deus sciat: sed esse occasionem potius, & materiam, vel obiectum. Præcipua autem ratio est ineffabilis Dei perspicacitas, quae omnem veritatem attingit: quae tamen secundum rationem supponit obiectum: & inde sequitur, non autem ex scientia Dei, ut quod futurum est, non possit non esse futurum in sensu composito, id est, stante scientia. Sed haec necessitas est tantum ex suppositione quod obiectum futurum sit: non enim potest simul esse futurum & non futurum: quamvis possit absolute non esse futurum.

## SECTIO IV.

Quomodo sit libertas creaturarum cum divina præscientia futurorum?

Vero autem plenius satisfiat difficultati vili timo loco propositæ, meliusque declaratur, quomodo sit libertas creaturarum cum præscientia quam Deus habet ab æterno de ipsarum actibus liberè futuris, in quibus duobus conciliandis laborat multorum imaginatio: adeo ut nonnulli difficultate victi, ut homines facerent liberos, fecerint sacrilegos, inquit S. August. lib. 5. de ciuit. cap. 9. id est, præscientiam futurorum liberorum Aug. Deo sacrilegè negauerint, ut homines liberos esse affirmarent, quasi non aliter salua eorum libertas esse posset:

Considerandum est primò præscientiam quam Deus habet de futuris liberè, non esse causam cur sint futuri, neque in illa influeret vello modo: sed esse actum purè speculatum, immaterialiter in Deo, & non operatum ad extra; quo Deus mere contemplatur & videt obiectum sibi exhibitiū à creatura: cui obiecto Deus se accommodat, cognoscendo illud sicut ei offertur à creatura: non cogniturus nisi offereatur: Atque oppositum præuisurus, si oppositū à creatura fieret. Itaq; Deus se habet quoad huiusmodi præscientiā, instar speculi repræsentantis liberos gestus, & motus hominū ipsi oppositorū. Aut insta hominī, qui è specula vel turri eminenti, videret ea quae in planicie subiecta libere sunt, prospiceretque aliquos in fossam latenter caluros: vel in hostium insidias, quas videt esse paratas, incursum. Manifestum est autem quod istius visio, aut prævisione, nullam imponit necessitatem obiectis, quae perinde se habent, perindeque operantur liberè, ac si iste non videret. Neque enim visio purè speculativa, & otiosa, quicquam in causis ponit, vel in effectibus, ex quo necessitas operandi oriatur. Evidens item est speculum repræsentans ea quae sibi obiectiuntur, non obesse libertati causarum obiectiū, & contingentia effectiva. Neque minus evidens est præscientiam diuinam non esse libere futurorum, ut & propter operantur creaturas libere operantes, earumque effectus: repræsentatque solum id quod illa fibi obiectum, scilicet illis conformando, & quasi earum arbitrium sequendo. Nam actus qui tantum vider causam libere operantem, non impedit ne liberè operetur, sed potius supponit eam libere operari, quia supponit aliquo modo obiectum quod videt, prius saltem subsistendi consequentia. Si enim videret, & scilicet & infallibiliter, sequitur esse obiectū quod vider, eo modo quo videt. At non contraria, si est obiectum, sequitur necessariò ab intrinseco & vi solius antecedentis, vider. Potest enim quatuor esse de se, esse, & non